



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Parallelia Geographiae Veteris Et Novae**

Parallelia Geographica Italiae Veteris Et Novae

**Briet, Philippe**

**Parisiis, 1649**

Nvm. 13. De Segusinis, seu de Regnis Cotij & Ideonni Regulorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13120**

Nomen. Certè Plinius lib. 3. cap. 17. ait Læuos & Mariscos Ticianum urbem, *Panis*, condidisse.

FINES. Diuiduntur ab Oriente Guniâ Fl. la Gogna à Libiciis; à Meridie Pado à Liguribus; ab ortu Lambro Lambro, vel di Monza à Cenomanis; à Septentrione ab Insubribus.

N V M. 12. *De Taurinis.*

NOMEN & ORIGO. Nomen traxisse videntur à voce *Celtica Taur*, quâ significari Alpes suprà innuimus, vnde omnes populos Inalpinos contendit olim dictos esse Tauricos Cluuerus in suo Illyrico. Certè apud Stephanum nostri hi Taurini, Taurisci nominantur, apud Eratosthenem Teurisci. Ligustici generis eos faciunt Liuius lib. 21. Strabo lib. 4. Plinius lib. 3. cap. 5. sed Polybius eos gentibus Illyricis accenset lib. 2. & 3.

FINES. Orgo Fl. Orco separantur ab Oriente à Libiciis, item & Pado à Liguribus, vt à Meridie; à Septentrione, & Occidente à Segunfinis.

N V M. 13. *De Segusinis, seu de Regnis Cotij, & Ideonni Regulorum.*

COTIVS princeps, seu COTTIVS fretus latebris suis, & asperitate locorum deuictis Gallis libertate vsus est, neque paruit Romanis; donec deposito timore, & delinitus ab Octauiano in eius amicitiam receptus est, viamque stravit Gallis & Romanis per opportunam, vt intelligimus ex lib. 15. Ammiani Marcellini. Sed quando Rex appellatus est? Auctor Collectanearum historiarum apud Cluuerium, ait Olymp. 105. an. 4. à Claudio Imperatore M. Iulio Cotio, paternum Imperium adauctum esse, & tum Regem primò appellatum esse. Demum sub Nerone mortuo Cotio siue eodem, seu eius filio in formulam prouinciae tractus ille redactus est, vt tradunt Suetonius, Sex. Aurelius Victor & alij.

Fines autem eius Regni extendebantur à Segusione susे ad Ramam Rame oppidum, & à Vesulo monte, *Viso*, ad Ocelum, *Efiles*.

IDEONNI regnum coniungit Strabo cum Regno Cotij: certè per utrumque Segusinos populos spargunt plerique. Quidam etiam Centrones populos eò referunt, quorum caput Tarentasia

*Mouster en Tarentaise.* Cluuerius putat hoc regnum restrictum fuisse monte Cenisio *le mont Cenis*, & minore *S. Bernardi le petit S. Bernard*, cui subscribimus. Ouidius lib. 1. de Ponto Eleg. 7. scribens ad Vestalem quem facit oriundum à Regibus huius ditionis, vocat illud regnum **DONNI**.

§ 2. *Geographica descriptio populorum Galliae Transpadanae.*

NVM. I. *Histri* hodie, la pluspart de l'*Histrie*, & vne petite partie du Frioul.

**ÆGIDA** oppidum ciuium Ro. *Cabo d'Istria*; in Insulâ posita, sic dicta ab Ægide Palladis, vt habet nobilis inscriptio, reparata à Iustino filio Iustiniani Imperatoris, vnde dicta Iustinopolis, vt eadem testatur inscriptio.

Parenticum: *Parenzo*, cuius incolæ Parentini.

**POLA** postea Pietas Iulia dicta, à Colchis habitata, & eorum opus; dicta à voce *Colchicâ Polis*, quæ exulem sonat, quia hi re infectâ ad Æætam redire veriti, hîc sibi exilium indixerunt. Sita est ait Strabo in sinu portuoso contine- te multas Insulas frugiferas, subducendis nauibus opportu- nas quas Pullarias postea dicemus: hodie nomen retinet *Pola*. Ab eâ quoque nomen habuit Promontorium Pola- ticum: hodie *Punta di Promontoré*.

Nesactium: *Castel nuovo*, cuius meminit Liuius lib. 41. vbi oppugnatio vrbis describitur.

Piquentum, *Piguento*, oppidum in Mediterraneis Ptolemæo.

**F L V-** { **ARSIA**: Fl. *Arsia*, Italiæ limes Plinio & aliis; apud Ly-  
**V I I** cophronem videtur Diserum nuncupari, ad quem  
**H I S-** male collocat Polam.

**TRIÆ.** Formio: *Rbezano*, Carnorum Histrorumque terminus.

**INSV-** { **ABSYRTIDES**: cuius incolæ Absyrtenses, vbi Medea fratrem suum dicitur interemisse. Apollonius videtur eas Brigeidas appellare à Briges populis eas incolen- tibus. In his Colchi vrbem condidere nomine Absor- rim: Ptolemæus vnicam facit Insulam Absorum, in quâ locat duas vrbes *Crexam*, seu *Crespam*, & Ab- so-